



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Impedimentis Matrimonii, Usu Et Divortio

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1685**

Index Et Ordo Disputationvm, Sectionvm, Et Conclusionvm, Quæ in hac  
Sexta Parte continentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73448)

INDEX ET ORDO  
DISPUTATIONVM,  
SECTIONVM.

ET  
CONCLUSIONVM,

Quæ in hac Sexta Parte continentur.

DISPUTATIO XII.

DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ,

EIUSQUE USU, AC DIVORTIO.

SECTIO PRIMA.

SECTIO II.

*De Impedimentis Matrimonij in communi.*  
pag. 2.

*De Impedimentis merè prohibentibus  
Matrimonium.* pag. 42.

**C**ONCL. I. Iure divino positivo extabant quædam impedimenta in lege veteri. In lege nova nullum à Christo Domino fuit denuò institutum.  
pag. 2.

CONCL. I. Iure naturæ impediunt Matrimonium contrahendum sponsalia, & votum. Non dirimunt contractum. pag. 42.

CONCL. II. Ecclesia potest pro fidelibus constituere aliqua Matrimonij impedimenta, non tantum prohibentia, sed etiam dirimentia.  
pag. 4.

CONCL. II. Interdictum generale potius solemnitatem nuptiarum, quàm ipsum contractum prohibet. pag. 52.

CONCL. III. Princeps sæcularis statuit impedimenta Matrimonij pro infidelibus: possit statuere pro fidelibus, nisi Pontifex sibi illa reservasset.  
pag. 7.

CONCL. III. Non solum Pontifex aut Episcopus, sed etiam Parochus specialiter interdicat.  
pag. 58.

CONCL. IV. Ut valeant impedimenta, requiritur justa causa. Eâ existente, etiam personæ particulares redduntur inhabiles.  
pag. 20.

CONCL. IV. Tempus feriatum potius solemnitatem nuptiarum prohibet, quàm ipsum contractum Matrimonij.  
pag. 61.

CONCL. V. Consuetudo inducit, & abrogat impedimenta juris humani.  
pag. 25.

CONCL. V. Catechismus olim prohibebat Matrimonium, non dirimebat. Hodie amplius non obligat; uti nec incestus, raptus sponsatæ &c.  
pag. 74.

CONCL. VI. Sponte contrahens cum impedimento dirimente ordinariè committit plura peccata; possit unicum, & coactus metu nullum committere.  
pag. 36.

SECTIO III.

*De Impedimento erroris.* pag. 90.

CONCL. VII. Aliquando copula illicita ex conjunctione cum impedimento dirimente speciale contrahit malitiam: aliquando non.  
pag. 39.

CONCL. I. Servus validè & licitè contrahit Matrimonium sine consensu domini; debita tamen & consueta servitia non minus debent ei exhiberi, etiam cum aliquo impedimento usus Matrimonij.  
pag. 90.

CONCL. II. Servitus ignoratè dirimit Matrimonium inter liberum aut liberam, & mancipium. Numquid jure naturali? pag. 105.

CONCL. III. Matrimonium liberi cum Ancilla non valet, estò ignorantia conditionis sit  
\* 2 Crassissima,

# INDEX DISPUTATIONUM.

- Craffissima, ac levissima. pag. 111.  
**CONCL. IV.** Valet Matrimonium liberi cum libertà, aut cum ea, cui in ipso contractu, vel paulò post, fit decreta libertas. pag. 115.  
**CONCL. V.** Non omnis conditionis error efficit, ut Matrimonium sit nullum: sed quando talis est error, ut fiat deterior errantis conditio; secùs si erretur in pari, aut digniori conditione. pag. 125.

## SECTIO IV.

### *De impedimento voti & ordinis. pag. 128.*

- CONCL. I.** professio solemnis expressa, vel tacita, facta alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbata, dirimit Matrimonium post contractum; eaque sola jure communi. pag. 129.  
**CONCL. II.** Professio solemnis solo jure Ecclesiastico dirimit Matrimonium post contractum. pag. 136.  
**CONCL. III.** Ordo sacer dirimit Matrimonium jure tantum Ecclesiastico. pag. 146.

## SECTIO V.

### *De impedimento cognationis. pag. 161.*

- CONCL. I.** Cognatio naturalis dirimit Matrimonium jure naturæ in quocumque gradu lineæ rectæ. pag. 161.  
**CONCL. II.** Lineæ transversalis nequidem primus gradus Matrimonium irritat jure naturæ. pag. 180.  
**CONCL. III.** Matrimonium in lineâ transversali jure Ecclesiastico est illicitum juxta ac invalidum usque ad quartum gradum inclusivè, & non ultrà. pag. 190.  
**CONCL. IV.** Cognatio spiritualis impedit Matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum. Hodie oritur ex Baptismo tantum & Confirmatione; solumque inter personas nominatim expressas à Concil. Trid. pag. 199.  
**CONCL. V.** In Baptismo, non solemniter ministrato, baptizans contrahit impedimentum cognationis spiritualis; secùs tenens. Sacramentum sit validum. Incertum est, an personæ debeant esse baptizatae. pag. 205.  
**CONCL. VI.** Contrahit impedimentum cognationis spiritualis non confirmatus, qui suscipit puerum in Confirmatione; neque obstat error personæ. pag. 214.  
**CONCL. VII.** Cognatio legalis impediens, ac dirimens Matrimonium, provenit ex perfecta adoptione, seu arrogatione; fortè etiam ex imperfecta. pag. 219.  
**CONCL. VIII.** Cognatio legalis est in adoptan-

te ad uxorem & filios adoptati, qui sunt in sua potestate. Similiter in adoptato ad uxorem adoptantis & proles, quæ sunt in sua potestate: sed diversimodè; nam proles potest ducere, adoptione solutà; uxorem non sic. Valide contrahunt filij adoptivi ejusdem adoptantis. pag. 225.

## SECTIO VI.

### *De impedimento affinitatis. pag. 229.*

- CONCL. I.** Affinitas est propinquitas quædam, proveniens ex omni, & solâ copula carnali, aptâ ad generationem. pag. 229.  
**CONCL. II.** Affinitas non dirimit Matrimonium jure naturæ, etiam, juxta probabilem sententiam, in primo gradu lineæ rectæ. pag. 236.  
**CONCL. III.** Affinitas dirimit jure Ecclesiastico usque ad quartum gradum ex copula licitâ, ad secundum tantum ex illicitâ. pag. 241.  
**CONCL. IV.** Infidelis post Baptismum invalidè contrahit cum sorore uxoris, aut concubinæ. pag. 245.

## SECTIO VII.

### *De impedimento publicæ honestatis. pag. 250.*

- CONCL. I.** Publica honestas orta ex Matrimonio rato, dirimit, jure aumtaxat Ecclesiastico, inter conjugem unum, & confanguineos alterius legitimos, & illegitimos, in quatuor gradibus. pag. 251.  
**CONCL. II.** Ex Matrimonio irrito quacumque ex causa, modò non sit ex defectu consensus, oritur hoc impedimentum. pag. 255.  
**CONCL. III.** Post Tridentinum non oritur impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus quacumque ratione invalidis; valida non excedunt primum gradum. Sed nec antè Tridentinum oriebatur ex sponsalibus incertis, aut conditionatis. pag. 263.  
**CONCL. IV.** Impedimentum publicæ honestatis manet post sponsalia dissoluta morte unius, vel etiam mutuo consensu. pag. 276.

## SECTIO VIII.

### *De impedimento criminis. pag. 278.*

- CONCL. I.** Adulterium solum nunquam dirimit; sed semper, quando est cum machinatione in mortem conjugis legitimi; vel promissione, aut contractu Matrimonij cum adultera, vivente conjuge. pag. 279.  
**CONCL. II.** Adulterium debet esse perfectum, & in utroque formale. pag. 281.  
**CONCL. III.**

# INDEX DISPUTATIONUM.

- CONCL. III. Requiritur promissio externa, seria, & absoluta. pag. 289.
- CONCL. IV. Non requiritur promissio mutua, aut jurata. Necessaria est acceptatio. Qui solum tacet, non acceptat. pag. 297.
- CONCL. V. Machinatio utriusque in mortem conjugis, ex intentione postea sic contrahendi, effectu secuto, dirimit Matrimonium. Sufficit intentio interna. pag. 305.
- CONCL. VI. Sola machinatio ex parte unius non sufficit; secus conjuncta adulterio. Perinde est, adulterium præcedat, an sequatur: durante tamen eodem Matrimonio. pag. 313.

## SECTIO IX.

### *De impedimento Raptus.* pag. 319.

- CONCL. I. Raptus, violenta traductio honestæ mulieris de uno loco ad alium causâ explendæ libidinis, olim subjectus erat pœnis mortis, & amissionis bonorum. Item excommunicationis. pag. 319.
- CONCL. II. Mulier rapiens virum non subditur pœnis, olim raptoribus mulierum constitutis. pag. 325.
- CONCL. III. Raptus solius fœminæ, causâ ineundi Matrimonium, jure novo Tridentini dirimit cum ipsa Matrimonium, quamdiu est in potestate raptoris. pag. 328.
- CONCL. IV. Decretum Trident. comprehendit raptum cujusque fœminæ, sive virginis, sive corruptæ, sive meretricis & inhonestæ, conjugatæ, & cujusvis statûs, etiam sponsæ de futuro. Debet vis inferri ipsi fœminæ. pag. 335.
- CONCL. V. Decretum Tridentini non irritat sponsalia, inita inter raptorem & raptam, durante adhuc raptu. pag. 339.

## SECTIO X.

### *De impedimento impotentia.* pag. 342.

- CONCL. I. Impotentia hic est inhabilitas perficiendi viâ ordinariâ copulam carnalem, aptam ad humanam generationem. pag. 342.
- CONCL. II. Impotentia perpetua, sive ex vitio naturæ, sive ex maleficio, absoluta cum quovis, respectiva cum illo, quicum intercedit, dirimit Matrimonium ex jure naturæ. pag. 347.
- CONCL. III. Contractus perpetuò impotentium sine ordine ad copulam, sed tantum ad cohabitandum tamquam frater & soror, non est verum Matrimonium. pag. 362.
- CONCL. IV. Impotentia subsequens nullo casu dirimit Matrimonium, etiam ratum tantum. pag. 373.

CONCL. V. In dubio, an impotentia præcesserit, si est naturalis, præsumitur præcessisse. Si est accidentalis, præsumi potest subsecutam fuisse. pag. 376.

CONCL. VI. In dubio, an sit impotentia perpetua, permittitur experientia conjugalis per triennium continuum à tempore celebrati conjugij. pag. 380.

CONCL. VII. Factâ separatione conjugum judicio Ecclesiæ, deprehenso postmodum errore, siquidem una pars sit solemniter professæ, non restituitur, secus si contraxit cum alia, vel solum suscepti ordines sacros. pag. 389.

CONCL. VIII. Impotentia temporalis non dirimit Matrimonium jure naturæ. Dirimit jure Ecclesiastico, donec masculus annum 14. & puella 12, impleat. pag. 401.

CONCL. IX. Ad valorem Matrimonij probabiliter sufficit, diem ultimum ætatis esse inceptum. Quin & malitia supplet ætatem. pag. 410.

CONCL. X. Si mulier nupsit, conscia suæ arctitudinis, omne remedium; secluso mortis periculo, debet perferre. pag. 417.

CONCL. XI. Hermaphroditus secundum sexum alterutrum, in quo capax est, licitè contrahit. pag. 422.

## SECTIO XI.

### *De Impedimento disparis cultûs.* pag. 426.

CONCL. I. Infideles possunt contrahere, & habere verum conjugium. pag. 427.

CONCL. II. Matrimonium Baptizati cum non Baptizato irritum est solo jure Ecclesiastico. pag. 430.

CONCL. III. Valet Matrimonium personæ fidelis cum hæretica. pag. 438.

CONCL. IV. Matrimonium Catholici cum hæretica, etiam non denunciata, illicitum est jure Ecclesiastico (ubi viget) nisi ipsa promittat conversionem. Sed & plerumque prohibetur jure naturali. pag. 443.

CONCL. V. Jure Ecclesiastico non prohibetur personæ fidei contrahere cum Hæreticâ, si ipsa promittat conversionem. Si solum sit spes conversionis aliundè concepta, necessaria est dispensatio, cujus sufficiens causa est, quæ, seclusâ lege Ecclesiasticâ, excusat Matrimonium in ijs circumstantijs à peccato. pag. 448.

CONCL. VI. Lex Ecclesiæ dirimens Matrimonium, obligat hæreticos, etiam apud quos ex odio, seu contemptu non est in usu. pag. 458.

# INDEX DISPUTATIONUM.

## SECTIO XII.

*De Impedimento ligaminis.* pag. 464.

CONCL. I. Matrimonium cum secunda, vivente primâ uxore, jure divino est nullum. pag. 464.

CONCL. II. Iure Canonico nemo licitè contrahit cum secunda, nisi constet, seu certum nuntium acceperit de morte prioris conjugis. Ut in Matrimonio jam contracto persistat, sufficit prudens opinio. pag. 465.

CONCL. III. Unus testis non est certus nuntius, neque fama communis, nisi cum alijs adminiculis. pag. 471.

## SECTIO XIII.

*De dispensatione impedimentorum Matrimonij.* pag. 475.

CONCL. I. In impedimentis dirimentibus jure naturali divino non dispensat Ecclesia. pag. 476.

CONCL. II. In omnibus impedimentis, dirimentibus jure Ecclesiastico, potest dispensare Pontifex. An & in radice Matrimonij, irritè contracti cum tali impedimento, non satis constat. pag. 481.

CONCL. III. Episcopus ordinariè non dispensat in impedimentis dirimentibus, nisi fortè in defectu pubertatis. Extraordinariè dispensat pro foro conscientia, quando impedimentum est occultum, & urget gravis necessitas; neque Papa facilè adiri potest, etiam ante Matrimonium contractum. pag. 491.

CONCL. IV. Pontifex illicitè dispensat sine justa causa, fortè etiam invalidè. Iustæ causæ sunt: Bonum pacis, angustia loci, inopia personæ &c. pag. 513.

CONCL. V. Ut valeat dispensatio, exprimi debet in petitione, an affinitas orta sit ex copula conjugali, vel fornicariâ. pag. 527.

CONCL. VI. In illis impedimentis, quæ habent diversos gradus, ne dispensatio sit subreptitia, oportet exprimere, in quoto gradu conjuncti sint contrahere volentes, & cujus lineæ. pag. 536.

CONCL. VII. Quando contracturi inæqualiter distant à stipite, sufficit exponere gradum remotiorem, nisi unus sit primus. pag. 539.

CONCL. VIII. Si post copulam carnalem cum consanguinea impetretur, aut expediatur dispensatio, non factâ mentione de copula carnali, dispensatio valet, nisi obtet stylus Curia; aut concessa sit sub conditione: *si copula non intervenerit.* pag. 543.

CONCL. IX. Si post Matrimonium, scienter contractum intra gradus prohibitos, impetre-

tur, aut expediatur dispensatio, non factâ mentione de Matrimonio, dispensatio non valet. Idem; si ignoranter, non servatis solemnitatibus: secus si ex ignorantia probabili, servatis solemnitatibus. pag. 549.

CONCL. X. Spes faciliùs impetrandæ dispensationis, reperta in copula incestuosa occulta, vel manifesta, non debet semper explicari. pag. 554.

CONCL. XI. Qui habet plura impedimenta non connexa, ejusdem, vel diversæ speciei, per se loquendo omnia simul explicet, ut dispensatio valeat. pag. 560.

## SECTIO XIV.

*De revalidatione Matrimonij invalidi.* pag. 569.

CONCL. I. Matrimonium irritum, ex defectu consensûs, illo expresso, revalidatur. pag. 569.

CONCL. II. Matrimonium irritum ab consanguinitatem, vel aliud simile impedimentum, obtentâ dispensatione, novum utriusque consensum requirit, cognitâ priori invaliditate. pag. 576.

CONCL. III. Ad revalidationem Matrimonij non est necessaria nova præsentia Parochi, nisi impedimentum plenè probari posset in foro externo. pag. 587.

## SECTIO XV.

*De usu Matrimonij, seu copula conjugali.* pag. 593.

CONCL. I. Conjux non tenetur ex justitiâ petere debitum, sed exigenti reddere, idque quâlibet vice sub peccato mortali, nisi justa causa excuset. pag. 593.

CONCL. II. Conjuges, qui scienter reddunt se absolutè impotentes ad moderatam copulam, peccant lethaliter. pag. 602.

CONCL. III. Neuter conjux tenetur alteri debitum reddere cum notabili detrimento propriæ incolumitatis, vel occasione foetus, vel abortu. pag. 604.

CONCL. IV. Conjux sanus tenetur reddere leproso, etiam cum periculo infectionis, si scienter cum eo contraxit, aliàs non. pag. 608.

CONCL. V. Menstrua non reddunt copulam semper illicitam, uti nec imprægnatio, vel lactatio. pag. 611.

CONCL. VI. Non obligat petitio amentis, vel ebrii. Excusat subinde à redditione debiti magnum detrimentum in bonis fortunæ, ac famæ, aut magna utilitas in iisdem. Similiter nimietas prolis. pag. 621.

CONCL. VII.

# INDEX DISPUTATIONUM.

- CONCL. VII. Per se non est illicitum, saltem graviter, petere aut reddere debitum diebus sacris. *pag. 625.*
- CONCL. VIII. Actum conjugalem illicitum esse in loco sacro, etiam extra necessitatem, haud satis probat jus scriptum. Excommunicatio non prohibet eum. *pag. 628.*
- CONCL. IX. Illicite utitur Matrimonio, cui certo constat invaliditas, etsi per Ecclesiam sub excommunicatione compellatur, & impedimentum sit Ecclesiasticum. *pag. 634.*
- CONCL. X. Dubius de valore Matrimonij bonâ fide contracti potest post adhibitam sufficientem diligentiam petere debitum. *pag. 638.*
- CONCL. XI. Conjux, qui malâ fide dubius de impedimento dirimente contrahit, nullo pacto petere potest debitum: tenetur tamen reddere alteri bonâ fide possidenti. Asserenti se fide contraxisse non tenetur alter regulariter credere. *pag. 649.*
- CONCL. XII. Affinitas in primo, vel secundo gradu superveniens Matrimonio privat incestuosum jure petendi debitum. *pag. 655.*
- CONCL. XIII. Cognatio spiritualis Matrimonio superveniens non privat jure petendi debitum. *pag. 661.*
- CONCL. XIV. Affinitas violenter, vel ignoranter superveniens inter conjuges non impedit petitionem debiti. *pag. 665.*
- CONCL. XV. Votum castitatis per se reddit illicitam petitionem. Redditio pro primâ vice est licita post bimestre, non ante. Votum Religionis ante consummationem prohibet reddere, post consummationem, nequidem petere. Votum suscipiendi Ordines sacros, aut non nubendi, solum contractum reddit illicitum. *pag. 672.*
- CONCL. XVI. Modi naturalis inversio non reddit congressum conjugalem vitiosum mortaliter. *pag. 683.*
- CONCL. XVII. Procurare seminationem extra vas naturale, est peccatum mortale. Sufficit, quod seminatio utriusque conjugis moraliter fit simul. *pag. 686.*
- CONCL. XVIII. Extra copulam conjugalem delectationes de illa, & tactus libidinosi conjugum, fortè non sunt mortales, secluso periculo pollutionis. *pag. 990.*
- CONCL. XIX. Licite redditur debitum petenti ex malo fine: secus si ipsum opus externum nequeat fieri sine peccato. *pag. 695.*
- CONCL. II. Ob adulterium licet innocenti solvere thorum & habitationem in perpetuum: æqualiter viro ac mulieri. *pag. 706.*
- CONCL. III. Ob adulterium moraliter certum licet, secluso scandalo, celebrare divortium propriâ auctoritate, saltem quoad redditionem debiti: fortè etiam quoad habitationem: dimissus tamen restituetur in foro externo, nisi crimen constiterit per evidentiam rei, vel legitimam adulteri confessionem. *pag. 715.*
- CONCL. IV. Oportet adulterium sit formale respectu conjugij, cujus petitur divortium, *pag. 726.*
- CONCL. V. Gravis metus non excusat adulterium à divortio. Neque quòd altera pars indirectè dederit causam, v. g. injustè subtrahendo alimenta: secus si vel expressè consenserit, eam, etiam volentem, prostituendo; vel implicite, non prohibendo, ubi & quando commodè poterat prohibere. *pag. 730.*
- CONCL. VI. Mutua adulteria pari compensatione tolluntur quoad jus divortij: plura unico, gravius leviori, publicum occulto, prius posteriori, & posterius priori, etiam post emendationem. *pag. 735.*
- CONCL. VII. Sententia divortij non impedit compensationem mutui adulterij, *pag. 739.*
- CONCL. VIII. Innocens non tenetur, per se loquendo, pertinacem in adulterio dimittere; neq; resipiscentem ad suam pristinam amicitiam revocare. *pag. 747.*
- CONCL. IX. Innocens tacite condonat injuriam adulterij, quando scienter & sponte in copulam conjugalem consentit, vel alia signa conjugalis familiaritatis ostendit: Licet hæc omnia sine condonatione fieri possent. Factâ reconciliatione, si iterum peccet, potest dimitti: & potest ipse dimittere compartem, si adulteretur. *pag. 753.*
- CONCL. X. Adulter dimissus, etiam per sententiam, tenetur redire ad imperium innocentis. *pag. 759.*
- CONCL. XI. Innocens sine licentia adulteri potest Religionem profiteri & suscipere Ordines sacros. Quo facto, idem potest adulter, non antè. *pag. 761.*
- CONCL. XII. Adulter occultus licite petit debitum: fortè etiam licite exigit. *pag. 768.*
- CONCL. XIII. Sævitia est justa causa divortij. *pag. 771.*
- CONCL. XIV. Hæresis est justa causa divortij. Quod si factum fuerit iudicio Ecclesiæ, non tenetur fidelis conversum recipere; sed licite vivit in sæculo in perpetuo cælibatu. *pag. 776.*
- CONCL. XV. Divortium ex causa hæresis condonatur, non compensatur. *pag. 784.*
- CONCL. XVI. Scandalum est justa causa divortij temporalis. *pag. 790.*
- CONCL. XVII. Possunt, per se loquendo, conjuges ex mutuo consensu separari. Nequit tamen

## SECTIO XVI.

### De divortio.

*pag. 700.*

- CONCL. I. Conjuges jure naturæ ac divino tenentur ad communem thorum & habitationem. *pag. 701.*

## INDEX DISPUTATIONUM.

tamen unus Religionem profiteri, nisi reli-  
quus perpetuam continentiam repromittat;  
& sit talis ætatis, ut sine suspitione inconti-  
nentiæ valeat in sæculo remanere. pag. 794.  
CONCL. XVIII. Matrimonio illæso, invalida  
est professio unius sine licentiâ alterius; cum  
eâ valet: nisi tamen uxor ad Religionem  
transierit, aut perpetuam castitatem servare  
promiserit, vir potest & debet de Monasterio  
revocari, reverurus post mortem ejus.  
pag. 800.  
CONCL. XIX. Vir in Episcopum ordinari non  
potest, nisi uxor Religionem profiteatur.  
Ut ordinetur sacerdos, jus commune exigit  
solam professionem continentiæ. pag. 811.  
CONCL. XX. Vir promotus ad ordines sacros,  
remanens in sæculo tenetur alere uxorem:  
secus vir innocens adulteram. pag. 819.

FINIS.

## FACULTAS

*Reverendissimi Patris Commissarij Generalis.*

**Q**uinq; Partibus Theologiæ Sacramentalis R. A. P. JOANNIS BOSCO Ordinis  
nostri S. Theol. Lectoris bis Jubilati, ac Provinciæ nostræ Germaniæ inferioris sæpius De-  
finitoris, publici jam juris factis; cum ad operis eruditissimi complementum, avidè dudum deside-  
rata, & expetita plurimùm DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU, AC  
DIVORTIO Pars Sexta necdum lucem aspexerit, quam tum à pluribus Ordinis Theo-  
logis, tum à Censore Ordinario, utpotè Partibus prioribus omninò correspondentem, honorificâ  
intelleximus donatam Censurâ: ne diutiùs jaceat in tenebris, sed ut Auctoris sui, heu! jam de-  
functi! nomen ulteriùs posteritati commendatura, & ad uberes Partium priorum fructus cumu-  
lum allatura, quàm primùm videat ortum surgentis auroræ, non permittimus modò, sed & ijs,  
quorum interest, in meritum S. Obedientiæ præcipimus & mandamus. Datum Bruxellis in Con-  
ventu nostro FF. Minorum Recoll. die 20. Octobris Anni 1684.

\* Locus sigilli.

F. JUDOCUS SCAILLET  
*Commissarius Generalis.*

## FACULTAS

*Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.*

**A**tento judicio VV. admodum Patrum Lectorum Sacræ Theologiæ Scholasticæ, consen-  
tio, ut, servatis servandis, prælo mandetur Tomus Sextus Theologiæ Sacramentalis, à  
R. Patre, Fratre JOANNE BOSCO, Ordinis nostri, & Provinciæ S. Theologiæ  
Lectore bis Jubilato, compositus; haud dubitans, quin eundem studij fructum reportabit, quem  
priors editi Tomi retulerunt. Datum in Conventu nostro Lovaniensi FF. Minorum Recollecto-  
rum, die 30. Octobris Anni 1684. sub nostra signatura, officijque sigillo Majore.

\* Locus sigilli.

F. COSMAS MEERSMANS  
*Minister Provincialis.*

## APPROBATIO

*Theologorum Ordinis.*

**Q**uod in alijs quinque luci publicæ datis Theologiæ suæ Sacramentalis Partibus pereruditè  
præstitit Adm. Reverendus Pater F. JOANNES BOSCO Ordinis Fratrum Mi-  
norum Recollectorum Sacræ Theologiæ Lectore bis Jubilatus, Provinciæ suæ sæpius Definitor  
&c. Id in hac ultima Parte DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU,  
AC DIVORTIO, omnibus numeris absolutâ, confecit accuratissimè. Appendit in state-  
ra, & expendit Canones, Leges, Consuetudines, auctoritates: ex his statuendo nunc certitudi-  
nes, nunc solidas probabilitates in praxi solida omnium, morali certitudini æquivalentes, Vt illas  
obviè, has occurrentiâ exigente, Lectore applicare valeat, opus hoc prælo, & luce publicâ planè  
dignum censeo. Datum Antverpiæ in Conventu nostro FF. Minorum Recollectorum die 16.  
Octobris Anno 1684.

Fr. JACOBUS vanden EYNDEN S. Theol. Lectore Jubil. Provinciæ Definitor.  
Idem Censeo

Fr. ANDREAS van HOUTEN S. Scripture Lectore.  
Idem Censeo

Fr. GUILIELMUS van GOORLAECKEN S. Theol. Lectore.  
Idem Censeo.

F. GEORGIUS de HAZE S. Theol. Lectore.